



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

De Quinque virginibus, quæ exire voluernt è monasterio, & à Dæmonio
corruptæ sunt. Capvt. CXXXV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

affligit, eò quòd gratis habeo librum. Aio autem ad illum: Noli pro hoc affligi. Abbas Petrus diues est, & bonus, gaudetque in hoc. Ait mihi rursus Anachoreta: Verè non requiesco, nisi pretium do. Dico illi. Et habes pretium, vt des? Dicit mihi: non. Sed da mihi saccum, vt me induam. Erat enim nudus. Dedi ergo illi saccum, & palliolum, & abiit, operariusque factus est in eo lacu, quem fecit Patriarcha Hierosolymorum Ioannes in Sigma, accipiebatq; quotidianũ, stipendium nouem minuta. Veniebat ergo prope me in monasterium Heliotarum, comedebatque lupinos, & die tota laborabat. Cũ itaque fecisset de mercede sua minuta numismatum trium, ait mihi: Accipe pretium, & librum, & vade ad Dominum suum, & si quidem vult minuta, da illi, sin autem non vult, redde illi librum. Ego igitur veniens nunciaui hæc Abbati Petro. Qui neq; pretium, neque librum accipere volebat. Persuasi tamen ei, vt pecuniam acciperet, neque repudiaret Anachoretæ laborem. Quam tandem accepit, Expergens ego dedi librum Anachoretæ; qui gaudens remeavit in eremum.

1 Vide sancti viri paupertatem, habitus vilitatem & opus manuum.

*De Quinque virginibus, quæ exire voluerunt
e monasterio, & à Damono correpta sunt.*

C A P V T. CXXXV.

ACCESSIMVS ad Eunuchorum monasterium iuxta sanctum Iordanem ego, & frater meus Sophronius. Narravitque nobis Abbas Nicolaus ipsius monasterij Presbyter, Ec + dicens:

dicens: In regione mea, (erat autem ex Lycia) monasterium virginum est ferme quadraginta. In hoc ergo monasterio quinque virgines sibi inuicem condixerunt, vt noctu de monasterio fugerent, & acciperent viros. Nocte verò quācū dormierent sanctimoniales omnes, illis consultantibus, vt vestimenta sua acciperent, & fugerent, continuo quinque¹ omnes à demonio correptæ sunt. Quo facto, non amplius exierunt monasterio, sed confessæ peccata sua, gratias egerunt Deo dicentes: Gratias agimus magnorum indultori munerum Deo, qui flagellum hoc nobis induxit, vt animæ nostræ non perirent.

¹ *Magnum exemplum, quo docentur omnes religiose femine non debere institutum suum deserere; quòd si id fecerint, animæ earum peribunt.*

De charitate Abbatis Sisini erga mulierem Sarracenam.

C A P V T. CXXXVI.

Narrauit autem nobis Abbas Ioannes eiusdem monasterij Presbyter, dicens: Audiui ab Abbate Sisinio Anachoreta referente, ac dicente: Die quadam in spelunca mea prope sanctum Iordānem & cūm psellerem¹ Tertiam, ecce Sarracena quædam ingressa in speluncam meam, posuit se coram me nudans semetipsam. Ego verò turbatus non sum, sed impleta psalmodia mea cum omni quiete, & timore Dei, dixi ad illam Syriace: Sede, vt loquar tibi, & tunc faciam, quod vis. Quæ vt resedit, dixi illi: Christiana es, angelicis? Quæ ait: Christiana: Dixi ad illam iterum: Et nescis, quia qui fornicantur, in supplicium eunt? Quæ ait: Scio planè. Tunc dixi illi: Cur ergo fornicati